

Percussorem¹⁹ autem episcopum ille condemnat, qui²⁰ *dorsum posuit ad flagella* et maledictus non remaledixit. *Sed*²¹ *modestum*: Duobus malis unum adposuit bonum, ut temulentia et ira modestia refrenetur. *Non*²² *litigiosum, non avarum*: Nihil est impotentius arrogantia, qui garrulitatem auctoritatem putant et parati^f semper ad
 5 / 104^f / lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Avaritiam in sacerdote vitandam et Samuel²³ docet, nihil coram populo eripuisse se cuiquam probans, et apostolorum paupertas, qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant et preter victum atque vestitum nihil se aliud nec habere nec velle gloriabantur²⁴.
 Domum²⁵ *suam bene regentem*: Non ut opes augeat, non ut regias paret epulas,
 10 sed²⁶ ut, quod populis precepturus est, prius a domesticis exigit. *Filios*²⁷ *habentem subditos cum omni castitate*: Ne scilicet filios imitentur Helii, qui in vestibulo templi cum mulieribus dormiebant²⁸. *Non*²⁹ *neophytum, ne in superbia elatus [in] iudicium incidat diaboli*: Heri³⁰ catechumenus, hodie pontifex; heri in amphitheatro, hodie in ecclesia; vespere in circo, mane in altari; dudum fautor histrionum, nunc

f) parant *Hs.*

19) Percussorem – Z. 8 gloriabantur aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 696, 19–697, 9. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 12–19).

20) Isai. 50, 6 *Vetus Latina*.

21) 1. Tim. 3, 3.

22) 1. Tim. 3, 3.

23) Vgl. 1. Reg. 12, 1–5.

24) Vgl. 1. Tim. 6, 8.

25) Domum – epulas aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 697, 10–12. Darin zu Beginn 1. Tim. 3, 4. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 20–21).

26) sed – Z. 12 dormiebant aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 697, 14–18. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 20–21).

27) 1. Tim. 3, 4.

28) Vgl. 1. Reg. 2.

29) Non – Z. 13 diaboli aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 697, 19–20 = 1. Tim. 3, 6. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 25). – Danach, vor Weiterführung des Zitats mit Heri, wie in der Kanonikerregel drei Halbsätze des Quellentextes ausgelassen.

30) Heri – S. 58 Z. 1 consecrator aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 698, 2–5. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 26–27). – Danach, vor Weiterführung des Zitats mit Quod, wie in der Kanonikerregel sechs Zeilen des Quellentextes ausgelassen.